



INSTITVTVM.



orporum quorumcunque, in globo ter-
rae obuiorum, naturam, proprietates
et vires profunde eruit eorumque per-
multa adeo ad liquidam veritatem ex-
plorat chemia. Nobilis haec ars, si prudenter et
rite colatur, non solum generi humano insigni
emolumento est, sed eos ipsos inprimis, qui artem
hanc exercent, sedulo et efficacissime monet, ut
perpendant, quanta Dei Omnipotentis sit erga ho-
mines benignitas. Immo, multum in hac arte
exercitati arrogantiam et philautiam fugere, con-
tra modestiæ et despicienciæ sui se tradere discunt.
Discunt enim, quantum sit, quod nesciunt. Egre-
giis itaque his dotibus ornata chemia cultores suos
minime a religione auocat inque avia deducit,
potius eosdem instruit, quomodo ex quacunque
rerum creatarum atomo benignissimi Creatoris
sapientia eluceat, quoque modo corpora semel per-
specta in verum generis humani usum conuerti
debeant. Verum, cum usus iste tam varius sit,

A

fieri

fieri solet, ut a variis varie hæc ars et per partes tantum excolatur atque alii aliique, fundamentis chemiae generalis satis imbuti, hanc vel illam partem sibi præ reliquis eligant et, quantum possunt, perfectiorem reddere allaborent. Ita alii chemicam artem in usum physices exercent; alii, ut œconomiae prosint; alii, ut mineralis regni prouentus adaugeant, vel ut variis artibus mechanicis aliisque auxilium ferant. Inter omnes tamen, quas præstat chemia, utilitates, illa in primis insignis et, nisi superior, omnibus tamen æquiparanda esse videtur, quæ in medicinam tum theoreticam tum practicam præcipue redundat, quæque eo magis attendenda venit, quo majus commodum est, quod prouenire inde solet. Atque, cum finis medicinæ primarius in conseruanda vel et restituenda sanitate consistat, huic autem fini obtinendo chemia egregie inferuiat, illam laudatæ artis partem, quæ medica aut medico-pharmaceutica nuncupatur, præ reliquis excolendam et perficiendam esse, colligendum est. Tentabimus itaque, quantum fieri poterit, quanam ratione chemica ars, hactenus tam varie exculta, in usum medicum conuerti possit. Minime tamen completam hic pharmaciam sed pharmaciæ tantum delineationem tradimus, ita tamen, ut præcipuis momentis adductis, hisque per singula exempla illustratis ad normam eiusdem plura demum addi, et nisi displiceamus prorsus, aliquando etiam a nobis absolutum pharmaciæ opus exhiberi possit. Ordinem tractandorum sequens tabula exhibit. Sistit nimirum

Pars I

Pars I. *Pharmacie flatum, agitque*

Cap. I. *De pharmacia necessitate et utilitate.*

— II. *De officinæ pharmaceuticæ qualitatibus.*

— III. *De pharmocopœi dotibus.*

— IV. *De pharmacopœi laboribus.*

Pars II. *Producta pharmaceutica in genere considerat,*

agitque

Cap. I. *De qualitatibus remediorum insitis.*

— II. *De qualitatibus remediorum pharmaceuticis.*

Pars III. *Præparationem et Vires remediorum pertra-*

ctat; hinc agit

Sect. I. *De menstruis pharmaceuticis.*

Cap. I. *De menstruis aqueis.*

— II. *De menstruis salinis.*

Class. I. *De menstruis acidis.*

— II. *De menstruis alcalinis.*

— III. *De menstruis salinis medice indolis.*

— III. *De menstruis inflammabilibus.*

Class. I. *De menstruis oleofis.*

— II. *De menstruis spirituofis.*

— IV. *De menstruis compositis.*

Class. I. *De menstruis salino-saponaceis.*

— II. *De menstruis salino-oleofis.*

— III. *De menstruis salino-spirituofis.*

— IV. *De menstruis oleoso-spirituofis.*

— V. *De menstruis salino-oleoso-spirituofis.*

Sect. II. *De ordinibus remediorum.*

Ordo. I. *De remediis fluidis.*

Class. I. *De remediis per destillationem parandis.*

— II. *De remediis per infusionem et digestionem
parandis.*

— III. *De remediis per coctionem parandis.*

— IV. *De remediis emulsis.*

Institutum.

Ordo II. *De remediis solidis.*

- Class. I. *De remediis per coagulationem parandis.*
- II. *De remediis per præcipitationem parandis.*
- III. *De remediis per crystallisationem parandis.*
- IV. *De remediis per sublimationem parandis.*
- V. *De remediis per calcinationem parandis.*
- III. *De remediis consistentiæ medicæ*
- Class. I. *De remediis per euaporationem et inspissationem parandis.*
- II. *De remediis per liquefactionem et coagulationem parandis.*



Pars I.